eo in eadem potestate sunt. Sed si filius eius ui
uo eo moriatur. aut qualibet alia ratione exeat
de potestate eius. incipit nepos neptisue in eius
loco succedere. et eo modo iura suorum heredum quasi
agnatione nanciscuntur. Ne ergo eo modo
rumpatur eius testamentum sicut ipsum fi
lium uel heredem instituere. uel nominatim ex
heredare debet testator. ne non iure faciat testa
mentum. ita et nepotem neptemue ex filio necesse
est eiud heredem instituere uel exheredare ne for
te uiuo eo filio mortuo succedendo in locum eius
nepos neptisue quasi agnatione rumpant testa
mentum. Idque lege iulia uelleia prouisum est in qua
simul exheredationis modus ad similitudinem
posthumorum demonstratur. Emancipa
tos liberos iure ciuili. neque heredes instituere. neque
exheredare necesse est. quia non sunt sui heredes. sed
pretor omnes tam feminini sexus quam masculi
ni si heredes non instituantur: exheredari iubet
uirilis sexus nominatim. feminini uero inter ceteros. Quod si
neque heredes instituti fuerint. neque ita ut diximus
exheredati. promittit pretor eis contra tabulas te
stamenti bonorum possessionem. Adopti
ui liberi quamdiu sunt in potestate patris adopti
ui eiusdem iuris habentur cuius sunt iustis nup
tiis quesiti. Itaque heredes instituendi uel exhere
dandi sunt secundum ea que de naturalibus exposuimus.
Emancipati uero a patre adoptiuo neque iure ciui
li. neque quod ad edictum pretoris attinet inter
liberos numerantur. Qua ratione accidit ut ex di
uerso quod ad naturalem parentem attinet quam
diu quidem sint in adoptiua familia extrane
orum numero habeantur. ut eos neque heredes
instituere. neque exheredare necesse sit. Cum uero
emancipati fuerint ab adoptiuo patre: tunc
incipiant in ea causa esse in qua futuri essent si ab